Insecten und zwar vor allen: *Bombus*, *Melifera* und *Apis* haben bei der Befruchtung tüchtig mitgeholfen; betrachtet man diese Mithülfe aber genauer, dann kann man sich kaum mehr über das Entstehen so vieler Varietäten wundern, welche mehr und mehr bei den Chinabäumen beobachtet werden und welche die Pflanzenkundigen so leicht auf Irrwege führen können.

Auch *C. Calisaya*- und *C. Condaminea*-Bäume in fruchttragendem Zusande finden sich jetzt häufig; mit der Aussat soll aber bis September oder October gewartet werden, weil eine gute und regelmässige Kultur verlangt, dass nur in der Zeit der Regen junge Pflanzen in den freien Grund übergebracht werden.

Cleve den 12. Juni 1869. C. Hasskarl.

De reactionibus in genere Ricasolia.

Scripsit W. Nylander.

Jam exemplis numerosis probavi, maximi esse momenti in determinandis Lichenibus reactiones eorum diversas, quae notas longe faciliores constantioresque offerunt quam characteres organici vel colorum hucusque soli respecti. Saepe quidem accidit, ut species vicinae aut certis statibus aegre inter se vel non discernendae criterio chemico mox dignoscantur. Sic, ex. gr. thallus *Physciae stellaris* hydrate kalico intense flavum obtinet colorem, at contra thallus *Physciae pulverulentae* cum suis varietatibus nullo modo (nec supra, nec medulla) coloratur distinguiturque facillime hoc signo, licet dealbatus et sterilis. Utilitas characterum novorum igitur non neganda esset [1]), etiamsi modo in casibus paucis applicationem haberent; sed in quoque fere genere Lichenum haec auxilia chemica tamquam optima sese frequenter commendant.

1) Dr. L. Lindsay, vere Friesianum impetum infaustum nuper contra me tentavit in Journ. Linn. Soc. XI, no. 49, diffuse confuseque exponens sententias suas contrarias reactionibus chemicis Lichenum utut characteribus specierum consideratis, quos ridiculos declarat. Nihil (pro more) proprium ullius valoris affert ille scriptor prolixus nec sane operae pretium est, elucubrationem talem examini serio subjicere. Dominum Mudd auxiliarium sibi adjungere videtur eumque tamquam *Cladoniarum* peritum citat! Reactionem „chrysophanicam" invenit in basi (degenerata et vetustate perdita) *Platysmatis nivalis*, demonstrans eum acidum chrysophanicum minime sibi cognitum vel pessime explicatum habere. Et sic porro. Praestaret tacere quam male loqui.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0315-2

Insecten und zwar vor allen: *Bombus*, *Melifera* und *Apis* haben bei der Befruchtung tüchtig mitgeholfen; betrachtet man diese Mithülfe aber genauer, dann kann man sich kaum mehr über das Entstehen so vieler Varietäten wundern, welche mehr und mehr bei den Chinabäumen beobachtet werden und welche die Pflanzenkundigen so leicht auf Irrwege führen können.

Auch *C. Calisaya*- und *C. Condaminea*-Bäume in fruchttragendem Zusande finden sich jetzt häufig; mit der Aussat soll aber bis September oder October gewartet werden, weil eine gute und regelmässige Kultur verlangt, dass nur in der Zeit der Regen junge Pflanzen in den freien Grund übergebracht werden.

Cleve den 12. Juni 1869. C. Hasskarl.

De reactionibus in genere Ricasolia.

Scripsit W. Nylander.

Jam exemplis numerosis probavi, maximi esse momenti in determinandis Lichenibus reactiones eorum diversas, quae notas longe faciliores constantioresque offerunt quam characteres organici vel colorum hucusque soli respecti. Saepe quidem accidit, ut species vicinae aut certis statibus aegre inter se vel non discernendae criterio chemico mox dignoscantur. Sic, ex. gr. thallus *Physciae stellaris* hydrate kalico intense flavum obtinet colorem, at contra thallus *Physciae pulverulentae* cum suis varietatibus nullo modo (nec supra, nec medulla) coloratur distinguiturque facillime hoc signo, licet dealbatus et sterilis. Utilitas characterum novorum igitur non neganda esset [1]), etiamsi modo in casibus paucis applicationem haberent; sed in quoque fere genere Lichenum haec auxilia chemica tamquam optima sese frequenter commendant.

1) Dr. L. Lindsay, vere Friesianum impetum infaustum nuper contra me tentavit in Journ. Linn. Soc. XI, no. 49, diffuse confuseque exponens sententias suas contrarias reactionibus chemicis Lichenum utut characteribus specierum consideratis, quos ridiculos declarat. Nihil (pro more) proprium ullius valoris affert ille scriptor prolixus nec sane operae pretium est, elucubrationem talem examini serio subjicere. Dominum Mudd auxiliarium sibi adjungere videtur eumque tamquam *Cladoniarum* peritum citat! Reactionem „chrysophanicam" invenit in basi (degenerata et vetustate perdita) *Platysmatis nivalis*, demonstrans eum acidum chrysophanicum minime sibi cognitum vel pessime explicatum habere. Et sic porro. Praestaret tacere quam male loqui.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0315-2

Hic characteres afferre liceat reactionum, quae observantur in genere *Ricasolia*.

A. — Species, quarum medulla hypochlorite calcico erythrinice tinguntur (Ca Cl +).

Reactionem erythrinicam (saltem levem) ostendunt hypochloritis calcici solutione *R. sublaevis* Nyl., *R. intermedia* Nyl. et *R. subcorrosa* Nyl., sicut animadverti in Consp. synopt. Stict. p. 10.

B. — Species, quarum thallus hydrate kalico tingitur (K + [1]).

a. — In specie unica, *R. coriacea* (Tayl.), medulla hydrate kalico rosee (saltem leviter) tingitur; thallus supra non mutatur.

b. — Species similiter unica, *R. Montagnei* (Bab.) reactionem exhibet medullae hydrate kalico flavam, sed thallus eodem supra non tingitur.

c. — In pluribus speciebus generis medulla ope hydratis kalici non tingitur, at thallus tum supra flavescit. Sunt: *R. Wrightii* (Tuck.), *R. discolor* (Del.), *R. Schaererii* (Mnt. et v. d. B., datur in coll. Cuming. 2175), *R. dichroa* Nyl., *R. glomulifera* (Lghtf.), *R. subcorrosa* Nyl., *R. platyloba* Nyl. (Syn. p. 370), *R. dissecta* (Ach.), *R. corrosa* (Ach.), *R. subdissecta* Nyl., *R. pallida* (Hook.), *R. crenulata* (Hook.), *R. erosa* (Eschw.), * *casarettiana* DN., ** *subherbacea* Nyl. (in America boreali).

3. — Species, quarum thallus solutione hydratis kalici non tingitur.

Sunt species Ricasoliae generis, quibus neque thallus supra neque medulla hydrate kalico tinguntur: *R. elaphocera* Nyl., *R. glaberrima* DN., *R. herbacea* (Huds.), *R. adscripta* Nyl.

In *R. Fendlerii* (Mnt. et Tuck.) thallus supra solutione kalica vix (aut levissime) flavescit (medulla non coloratur).

Animadvertam simul hic obiter, protuberantias spermogoniorum subsimiles ac in *R. adscripta* inferas (et demum a rhizinis hirtas) conspici in *R. dissecta*.

1) Sic olim in litt. revdo Leighton indicavi reactionem ope hydratis kalici effectam, et ubi nulla obvia reactio scripsi K —. Signis his rev. auctor in scriptis suis usus est, sed ea mihi attribuere neglexit, quod jam Dr. Stizenberger animadvertit (in Bot. Zeit. 1867, p. 151). Contra rev. Leighton adhibet „C + et C —“, ubi loquitur de hypochlorite calcico, hocce autem a me numquam acceptum fuit.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0316-8

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1869

Band/Volume: 52

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: De reactionibus in genere Ricasolia 313-314